



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 6. Quomodo contemnant Caluiniani, & omnes sacramentarii
cerba instotutionis?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

77. Hoc est symbolum promissionis meae de carne mea.
Calvinus in ratione iuendae concordiae.
78. Hoc est substantia corporis cum gratia, energia, & efficacia inseparabili.
Vt energiam dicti apud vnicordium in iudicium Melandth.
79. Hoc est communicatio, seu participatio corporis: quasi per Apostolum sermo Christi explicetur.
Beza contra Heshuls.
80. Hoc vñio cum tota persona Christi: Vt corpus significet quicquid est Christus.
Beza in solut. 17. contra Illyricum.
81. Adest corpus meum spiritali presentia & participatione.
Calvinus lib. 4. Instit. cap. 17. num. 18. & in cap. 4. ad Ephes.
82. Hoc est corpus meum sine diuinitate & sanguine.
Post Nestorium omnes nostrae aetatis negantes concomitantiam naturarum in sacramento; ne admittant communionem sub vna specie; & adorationem in sacramento.
- Calvinus lib. 4. Institut. cap. 17. num. 37.
83. Hoc est corpus meum sub ratione immolationis; siue, hac est communicatio passionis & immolationis meae.
Carol. Molinaeus in Annotat. ad suam Harmoniam.
84. ierest, siue sit corpus, siue non sit: nam articulus fidei, nec de eo est gloria.
Citat de busdam Lutherus in Confess. Eucharistiae: eoque inclinat Melandth. & via prona ad Alcoranum ait Staphylus de Lutheranorum concordia.

Hoc est corpus meum, id est,

QUESTIO VI.

Quomodo contemnant Calviniani & omnes sacramentarii verba institutionis?

§. 1. **D**emonstrauimus in verbis explicandis malitiosam ruditeriam; calliditatem; argutias; nec omnia tamen attulit Claudius, nec exposuit, nec operat. Brevis tabella tam multiplices errores non capit, volumine opus est. Imo illa ipsa quae refert, asperius & absurdius ab illis dicuntur. V. 9. num. 30. ex Zwilingio citat: Hoc est corpus meum, id est, fides de me. Zwilingius vero non hoc modo dicit, tract. 2. de instit. cenae. Sed haec eius verba sunt: *Panis & caro cuius meminit Christus, nihil aliud est, quam fides.* Sic de aliis quibusdam sentiendum est, exempla pauca producam. Calvinus instit. de cena, §. 33. *Ipsa caro Christi in mysterio cenae; non minus spiritalis res est; quam fides aeterna.* Cinglius Epistola ad Lutherum: *Sic nostra quoque commemoratio corpus dici consuevit, non quod solennis hac festiuitas vel panis, qui in hac frangitur, Christi corpus reuera sit; sed quod corporis & mortis Christi memoria celebratur.* A. Martyr disputat. Oxoniensi: *Hoc est corpus meum pro vobis tradendum: si fide & spiritaliter à vobis manducatur, est pro pane, vel instar panis, ad vos nutriendos & sustentandos.* Cinglius de vera & falsa religione. nos non nitimur sub Christi verbis; Hoc est corpus meum. Beza lib. 2. quæst. pag. 121. *Hic panis est sacramentaliter corpus meum; Beza lib. 2. quæst. pag. 121. Hic panis est sacramentaliter instrumentum, nostra cum Christi corpore societas.* Ioannes Leonardus in gladio vetrici fol. 81. *Hoc, Quæstacola, seu haec res, est corpus, quod relinquo vobis loco rei inuisibilis corporis mei.* Ioannes Leonardus. *Hoc est corpus meum, id est, in hoc signo & sacramento panis est verum meum*

corpus, quod non erit vterius, sicut est nunc visibile. Ioannes à Laico tractatione de Sacramentis, *Hac est communio; & societas mei corporis; societas quidem passiva non actiua.* Epist. ad regem Polon. Ioannes à Laico tractat. de sacrament. Ecclesiae. *Hoc est corpus meum; id est, Hac est extrema voluntatis meae contestatio.* Hemming; est obsequium; quo filius Dei suam beneficiam obsequat. Carolstad. in Dialog. ad 1525. *vero est hoc corpus meum, vero istud est corpus meum.* Musculus in locis commun. ad corpus quod sedebat in mensa; refert Calvinus in Corin. 11. vocat insulsum commentum. Cinglius de vera & falsa relig. corpus meum hoc est ecclesia. Cinglius ad Epistol. Pomerani; *Hoc est corpus meum, id est; passio tolerata in corpore meo.* Bucerius in apolo. *Hac est proestatio & memoriale beneficiorum Dei.* Bullingerus in 1502. *Hoc est corpus meum non naturale sed mysticum & spirituale; per hoc tamen non intelligit ecclesiam.* Lanaterus in historia sacramentaria; *In verbis, Hoc est corpus meum; pronomen, Hoc, accipiendum pro demonstratione spirituali, per quam fidelium mentes ab externo loco ad Christum, qui in celis est perducantur.* Abdias Liberius. *Hoc est corpus meum; perinde est, ac si sponsus abiens; daret huius sponsa & dicit; Hoc est sponsus tuus;* Iosephinus Cureus. *Hoc est corpus meum, id est, ista mentatione significor meritum remissionis peccatorum ad te pertinere.* Et, *Hic est calix, &c. reficor, te socium esse fidei mei.* Candidus lib. de cena Domini. *Hoc est corpus meum, non quod ita ordinari sed quia vos creditis.* Brethrenses, *Hoc est corpus meum equivoce.* Ita Pezelius; *Stimulus contra Otiandrum, Hoc est corpus meum.* *Hac est substantia & vniuersa gratia, seu Evangelica gratia, vis & virtus.* Neuerius Wismatensis, *Hoc est corpus meum non proprium, sed illud quod est in sacramentis, apud Lauacrum, alius enim id docet. Hist. sacram. pag. 43. Auctori diallaetici. Hoc est corpus meum improprium, caligine diuinum, non corporale sed spiritale.*

Hac tanta est in paucis verbis expositionum diuersitas. Necessè est enim, ut qui à veritatis unitate discesserant, in diuersissimos errores labantur.

§. 2. Postquam vero argutiae eos defecerunt, in aspectum institutionis contemptum prorumpere non verentur, & impiam virulentiam audacter euomunt, *res sacras uicium, perficientes frontem; & Cleomeum illud uirpantes, & uicium & uicium, & uicium & uicium, compendiosa res improbas, virtus lenia & tarda.* Nedum ergo cum soluere non possunt, gladio secant. Casparus Sweeneyfeldius fanaticorum antites exclamat; *Remoue ex oculis meis uerba ista, accipite & comedite, Hoc est corpus meum.* Martyr contra Brentium dialogo; pag. 137. *Mihi vos; inquit, semper mihi uisus minimus, quam par est, sapere; cum pro dogmate aequo falso ac inutili sic laboretis, nec pro eo tuendo quicquam habetis nisi Christi & pharisei; Christi essetum; seu dictum.* Quasi uero dictum aeternae sapientiae satis non sit; ut in eo sustinamus. Zwilingius de vera & falsa religione uocat commentum argutum quod solis Christi uerbis consistit. Anno 1560. cum Bremæ Calvinista & Lutherani in uero nobilissima urbis colliderentur, cuius conflictus finis fuit; ut Lutherani pellerentur, Daniel Baren consil. *Quid vos Lutherani, inquit, habetis nisi uia infirma uerba: quibus probatis verum corpus & sanguinem suum in cenam Christum nobis dare?* Neustadiani in Syn. Ephes. per ironiam uocant. *Verba, uerba, uerba.* Calvinus contra Westphalam uocat, stultam iactantiam. Danæus contra Selneceerum ualde exagitat eos, qui duobus in uerbis sententiae suae fundamentum collocant, pag. 103. Bernardinus Ochinus contra Westph. fieri posse, ait, ut cum Christus dixit: *Hoc est corpus meum; dicere uoluerit: Hic panis significat corpus meum.* Martyr clamat; *non uerborum struem, sed Christi consilium spiritalem esse.*

QVÆ